# Band II., Nr. 444, Seite 242

*Herzog Friederich von Schwaben genehmigt alle frommen Stiftungen, die von seinen und seines Oheims des Herzogs Welfs Dienstleuten, sowie von seinen Haushörigen an das Kloster Rot schon geschehen sind oder noch geschehen werden.*

## Schongau, 1185. Dezember 27.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Fredericus, dei gratia dux Sueuie. Anno incarnationis domini MCLXXXV., interventu avunculi nostri, ducis Vvelphonis, apud Sonegev in festo sancti Iohannis evvangeliste, pro remedio anime nostre et parentum nostrorum concessimus et tradidimus deo omnipotenti et sancte dei genitrici Marie et sancte Uerrene virgini et omnibus fratribus in Rota quicquid ministeriales nostri vel avunculi nostri, ducis Vv(elphonis), sive etiam quicquid aliqui de familia nostra eidem claustro pro spe eterne retributionis tradiderint vel tradituri sunt; et traditionem illam ratam habemus et auctoritate nostra confirmamus et sigilli nostri impressione conmunimus, ut quicumque hominum huic nostre traditioni et statutis nostris contraire voluerit, et offensam nostram incurrat, et penam condignam ab extremo iudice sibi exspectet. Hiis testibus: marchione H. de Romesberc, comitibus de Chircberc O., H. et R., comitibus de Berga B. et Vvlrico, Bertoldo de Vvizenhorn, Alberto de Rotenberc [1]et H. fratre eius, Svichero de Aichain et Henrico de Bŏzmaneshusen, Dietone de Rauenesburch, Bertoldo de Tanna, Hermanno de Mazensez et H. et C. fratribus eius et Friderico de Mindelburch, Vvernero de Forda, Marcuardo pincerna, Henrico de Bomgard et Manegoldo de Svvenhaich et H. fratre eius.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Eine rote Seidenschnur ist noch durch das Pergament gezogen, das Siegel ist verloren.

[1]Unermittelt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 486 U 773

**Regesten:**
Regesten Grafen von Berg, S. 13, Nr. 24.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Schongau

**Ortsindex:**
Alttann Wohnplatz (20601)
Alttann, Wolfegg, RV
Baumgarten Wohnplatz (18294)
Baumgarten, Tettnang, FN
Berg Wohnplatz (16762)
Berg, Ehingen (Donau), UL
Bußmannshausen Wohnplatz (17581)
Bußmannshausen, Schwendi, BC
Furt Wohnplatz (20052)
Furt, Ravensburg, RV
Illereichen, Altenstadt, NU
Mattsies, Tussenhausen, MN
Mindelburg (Burg), Mindelheim, MN, A
Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Ronsberg, OAL

Rot an der Rot BC

Rot an der Rot Gemeinde (17494)

Rotenberc

Schongau, WM

Siebnach, Ettringen, MN

Weißenhorn, Illertissen, NU